5893 Mediolani in aede S. Simpliciani ad columellas claustri marmorei CYR. ALCIAT. In aedibus Theodori Florentii CICER. 'In aedibus Hieronymi Florentii I. C.; a Gabriele Florentio viro doctissimo e Laude Mediolanum translata' ALCIATUS VALERII, quae videtur scripsisse antequam ex Cyriaco intellexisset titulum olim fuisse in S. Simpliciani. 'Ex S. Simpliciano Gabriel Florentinus in aedes suas intulit' MERULA. In porticu marchionum Talentorum denuo repperit sub calce latentem CASATIUS. Nunc *al casino de' Nobili, via S. Giuseppe* 4.

M · VALERI|*us*
MAXIMV|*s*
SACERDO|*s*
D S I M STV|*d*
ASTROLOGIA|*e*
SIBI · ET
SEVERIAE · APR
VXORI
H M H N|*s*

Contuli. Cyriacus ed. p. 34 n. 70 (inde Donat. 77, 4), a quo habent Parmensis f. 110 n. 62; Chigianus f. 31; Redianus f. 81 n. 62; Marcanova Mut. f. 111 n. 49; Felicianus cod. Tarvis. f. 72' n. 13 et syll. n. 5; Ferrarinus (Trai. f. 61', Reg. n. 11); Iucundus n. 20; Sanutus f. 86'. 94. Item Alciatus apud Cholerum f. 34 et Dresd. l. 1 f. 44 (inde Apian. 44, 1; Pighius cod. Ber. f. 195; Smet. 43, 12 a Pighio; Thevet cosmogr. a. 1575 2 f. 708; Grut. 313, 4 a Smetio adhibitis schedis Alciati et Verderii); Merula 1538 p. 45; anonymus qui adscripsit ad cod. Vat. Ottob. 2967 f. 82'; Cicereius ad Alciatum; Borsieri l. 4 c. 11 ex Alciato et Ursino; Casatius ad Cicerei epistulas (Mediolani 1782) 1, 81; Labus in comm. Athenaei Brixiani 1818/9 p. 102 (inde Orelli 1202) et apud Rosminium 4, 466.

Datur fere cum supplementis; sed cum v. 4 optimi quique ex antiquis (Parm. Chig. Red. Marcan. Alc.) habeant STV, v. 5 ASTROLOGIA Cyr. (ed.), neque quisquam expleverit v. 7, patet plura ne ab his quidem lecta esse. — In summo litteras has duas esse | F D | auctor est Cicereius solus.

5894 Mediolani in divi Dionysii templo CYR.; ubi cantatur evangelium add. MARCAN.; qua pulpitum adytis coniungitur add. ALC.; tanta, ut altaris vice fungatur add. ACCURS. Inter Archintiana ARCH. (Ottobon.). Nunc in museo comitis Alph. Castilionaei FRISI in add. ms. ad Alciatum. 'Nunc in aedibus DD. Castiglionorum ad S. Petri in vinea' ad Alciatum bibl. Ambros. postea adscriptum est teste Annonio ibidemque collocat LABUS *giorn. dell' Inst. Lomb.* 5 (1844), 359 venitque inde in Breram.

in latere:

EVDROMI

homo stans arcam (?) tenens — *homo in lecto cubans*

EVDROMI

homo togatus stans

in antica:

D M
C · V A L E R I
P E T R O N I A N I
DECVR · PONTIF · SACERD
IVVEN · MED · CAVSIDIC
QVINQ·GRATVIT·LEGATION·VRBIC
ET·PEREGRIN·PRO·RE·P·SVA·FVNCT
VIXIT·ANN·XXIII·MENS·VIIII·D·XIIII
C · VALERIVS · EVTYCHIANVS
VI·VIR·AVG·PATER
FIL · INCOMPAR · ET · SIBI

EVDROMI

homo togatus stans

in latere:

CONSTANTI EVDROMI

homo stans ante sedentem illum dextram porrigens — *homo stans ante sedentem illum dextram porrigens* — *homo sedens in suggestu, sinistra volumen (?) tenens, dextram protendens*

Vidi, sed ex inscriptione iam non restant nisi superscriptiones super figuras et ex ipso titulo litterae D · M. Exempla extant certa quattuor Cyriaci Alciati Accursii Archintianum. Illud habent comm. ed. p. 31 n. 57; Parmensis f. 106 n. 1; Chigianus I. VI. 203 f. 28; Redianus f. 76' n. 2; Marcanova Mut. f. 107' Med. n. 11; Felicianus n. 59; Ferrarinus (Trai. f. 69, Reg. n. 45); Lilius f. 11; Apianus 53, 4; Panvinius Ver. p. 60; Manutius orth. 168, 9; Ligorius ms. Taur. 11; Smetius 158, 20 ex Apiano; Alciatus apud Cholerum f. 25. Idem dat ex lapide Dresd. l. 1 f. 1 pictum (quam picturam ed. Giulini *memorie* vol. 7 in ipsa prima pagina); pendent inde Tristanus p. 59 et Grut. 479, 8 ex Apiano Manutio Alciatinis (ex Grut. Orelli 2169). Accursii est in schedis eius n. 2. Cicereius ad Alciatum quaedam emendat. In Archintianis cod. Ottob. f. 60' legitur etiam mensuris adscriptis; editio non habet. Ex lapide dare se ait etiam Borsierius l. 4 inscr. 6. A prioribus C. I. Gr. III, 6760.

Variam lectionem plenam dabo ex Cyriacanis Parmensis Chigiani Rediani Marcanovae Choleri, ex Alciatinis libri Dresdensis, deinde Accursii et Archintianorum. — In vv. div. hi omnes consentiunt praeter Marcan. — 1 om. Chol. — 2 VALERII Parm. — 4 DEECVR Acc. — 6 GRATVIT Alc. Acc. et sic ex em. Felic. Ferr. Lil., GRAI·VII Parm. Red. Chig. Marcan. Chol., GRATVL Arch. — VRBIS·II·PEREGRIN·PROBIT·SVA·FVNCT interpolatione eadem Felic. Ferr. (Trai.) Lil., VRBIS · II · ET · PEREGRIN · PRO · RE · P · PROBITATE · SVA · FVNCT lectione utraque coniuncta Ferr. (Reg.). — 7 FONCT Chig. — 8 MEN Chol. Alc. Arch. — VIIII Cyr., VIII Chol. Alc. Acc. Arch. — XIII Chol. — 9 Q· pro C· Marcan. — EYTYCHIANVS Acc., EVTYCHIANVS Chol., EVTYCIIANVS (EVTICIIANVS Parm.) Cyr., EVTIICYIANVS (Dresd.) vel EVTYCHANVS (Biraghi) Alc., EVLYCIIANVS (suprascr. EVTYCHIANVS) Arch. — 11 FIL Alc. Acc. et sic ex em. Felic. Ferr. Lil., III Cyr. (etiam Chol.). — INCOMPARABILI Arch. — Utrimque ЄYΔPOMI (sic Chig. Chol.; CYAPOMI Parm. Red. Marc.), EVDROMI Cyr. Arch., EYΔPOMI EYΔPOMI Alc., ΩNOMI EVDROM Bors., om. Acc. — In lateribus scripta habent Alc. Arch. soli (ЄYΔPOMI Alc.). Cicereius de iis adnotavit haec: 'In dextro latere adsunt duo viri, quorum alter in lectulo iacere vestibus non aliter atque si staret amictus 'cum hac super caput inscriptione EVDROMI, alter astans manibus librum tenere atque decubanti nescio quid praecipere videtur. In altero latere nulla 'est omnino inscriptio neque fuit, cum nihil abrasum appareat'. Pergit deinde ad eius lateris anaglypha enarranda.

D(is) m(anibus) C. Valeri Petroniani decur(ionis), pontif(icis), sacerd(otis) iuven(um) Med(iolaniensium), causidic(i), quinq(uies) gratuit(o) legation(ibus) urbic(is) et peregrin(is) pro re p(ublica) sua funct(i). Vixit ann(is) XXIII mens(ibus) VIIII d(iebus) XIIII. C. Valerius Eutychianus VIvir Aug(ustalis) pater fil(io) incompar(abili) et sibi. Constanti, εὐδρομεῖ.